fectus urbi fuit. — 1) *Nota consularem dici Lollianum, cum in N. 1223 dictus sit curator.* — 2) publicum *eodem errore lapides tres (in uno N. 1224 a litterae* um *expunctae sunt).* — 3) *Cf. N. 1223 not. 2.* — 4) *Cf. Firmicus Mat. lib. I praef.: nam cum tibi totius Orientis gubernacula domini atque imperatoris nostri Constantini Augusti serena atque venerabilia iudicia tradidissent.* — 5) *Post administrationem Orientis proconsulem factum esse Lollianum ait Firmicus l. c.* — 6) *Decatressium sive decatrensium (cf. N. 1226) vocabulum obscurum; explicare temptaverunt Minervinius (cf. Henzen ad Or. III p. 291) et Hirschfeld Gallische Studien III (Sitzungsber. der Wiener Ak., phil. hist. Cl. vol. 107, 1884, p. 249 not. 3).*

1225 Mavortii. | Fl. Lolliano v. c. q. k., praet. urb., | curat. alvei Tiberis et operum | maximorum et aquarum, cons. | Camp., comiti intra Pal[*atium*] et | [*v*]ice sa[*cra iudicanti, comiti*] Or|i[*entis*] . . . . .

Romae (VI 1723 descr. Lipsius).

1226 Mavorti iun. | Q. Flavio Maesio | Cornelio Egnatio | Severo Lolliano[1] | c. p., q. k.[2] | decatrenses[3] cli|entes eius patrono | praestantissimo | posuerunt.

Puteolis rep., est Neapoli (X 1697 vidit Mommsen). — 1) *Filius eius qui praecedit. Fieri potest ut huius sit tabella aenea edita a Rossio bull. Inst. arch. 1877 p. 81:* Lolliani v. c. pret. triumfalis *(certe non pertinet ad patrem eius).* — 2) *Clarissimo puero quaestori kandidato.* — 3) *Cf. N. 1224 not. 6.*

1227 Fabio Titiano v. c., | correctori Flaminiae | et Piceni, consulari | Siciliae, proconsuli | provinciae Asiae | iudici sacrarum cog|nitionum, comiti primi | ordinis, consuli ordi|nario[1], praef. urbis[2], | Peregrinus | serbus domino prestantissimo.

Romae (VI 1717 saepius descripta saec. XVI). — 1) *A. 337.* — 2) *A. 339—341. In hac ipsa praefectura posuit cippos VI 1653. 1654, Eph. ep. 4, 847. Post hunc titulum positum ad alteram praefecturam urbis pervenit, cf. supra N. 741.*

1228 mirae iustitiae atq. exi|miae moderationis | L. Crepereio Madaliano v. c., | procos. p. A.[1] et vice sacra iu|dicanti, comiti ordinis pri|mi, vicario Italiae[2], praef. ann. | urb. cum iure gladii[3], con|sulari Ponti et Bithyniae, | correctori Flaminiae et | comit[*i*] ordinis secun[*di*] . . . . . .

Calamae (hodie Guelma) in Numidia (VIII 5348 descripserunt Delamare aliique). — 1) *Proconsuli provinciae Africae.* — 2) *A. 341 (cod. Theod. 16, 10, 2).* — 3) *Inter annos 337 et 341, cf. supra N. 707.*

1229 Asterii. | L. Turcio Aproniano v. c., | filio L. Turci Aproniani v. c. | praefecti urbi[1], nepoti | L. Turci Secundi c. v. consulis, | quaestori, praetori, quindecem|viro sacris faciundis, correc|tori Tusciae et Umbriae[2], omni | virtute praestanti, statuam | ex aere ordo Spoletinorum | ad memoriam perpetui nominis | conlocavit, | curantibus Flavio Spe v. p. et Codonio Tauro iun. | Post Amanti et Albini cons.[3]

Romae (VI 1768 vidit Bormann). Similis est titulus eiusdem hominis VI 1769. — 1) *Praefectus urbi a. 339.* — 2) *Corrector fuit a. 342, ut in titulo VI 1769 diserte legitur.* — 3) *Significatur annus 346.* — *Post hunc titulum positum Apronianus factus est praefectus urbi, a. 363, quo spectare videntur tituli VI 1770. 1771.*

archive.org